

LOCI COMMUNES

# SIMILIVM ET DISSIMILIVM, EX OM- NI PROPEMODVM ANTIQVI-

tate, tam facra quam prophana collectorum,  
quibus docendi ratio perfacilis, dicendi vero  
copia longe uberrima, Theologiae, ceterarum  
que artium studiosis omnibus, accessura est.

Per Joannem Dadræm, Scholæ Parisiensis Doctorem  
Theologum, pænitentius concionibusque apud Reformationes  
prefectum.

Secunda editio auctior, cum indice locorum scri-  
pturæ similibus explicatorum.



N. 9-1.



P A R I S I S,

Apud Michaëlem Itlianum, ad montem Ditii  
Hilarij, sub insigni stellæ coronatæ.

1583.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



REVERENDISSIMO IN  
CHRISTO PATRI, AC AMPLIS-  
SIMO D. DOMINO PETRO DE VILLARS,  
VIENNENSIS ARCHIEPISCOPO, HEN-  
RICI FRANCORUM & POLONORU REGIS,  
AB INTERIORIBUS CONSILIJS, MECCENATI  
SUO MUNIFICENTISSIMO, IOANNES DA-  
DRÆUS, PERPETUAM FÆLICITATEM.



*N*avigantium ea est prudentia, (præsul amplis-  
sime) ut si forte præsentē viderint, vel futu-  
ram præsenserint tempestatem, partito cuique  
munere, aliis in puppi sedes flectat gubernata,  
alijs remos trahant, alijs malos scandant, rudetes expe-  
diant, vela suspendant, alijs per foros cursitent, alijs ancho-  
ram firmet, alijs alios voce cohortentur et verbis excitent,  
alijs denique concordibus animis et conspirantibus votis,  
Neptunum inuocent, qui sedata tempestate, depulsoq[ue] pe-  
riculo, ad securum portu[m] nauem ducat. Simile quiddam  
ut prestemus omnes, qui de Petri nauicula censemur, mo-  
net et plus quam stethorea voce personat, infælicissimi his  
ius seculi deploranda calamitas. Nunquam enim antea tot  
persecutionum procellis iactata, tot herescon pestilentissi-  
mis flatibus agitata, tot erroru[m] fluctibus inuoluta, tot bel-  
lorum scopulis allisa, tot visiorum anfractibus intercepta;



## ABSTINENTIA, IEIUNIVM, SOBRIETAS.



Vix baptizatur a mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius? Sic homo qui ieiunat in peccatis suis: & iterum eadem faciens, quid proficit humilitando scilicet orationem illius quis exaudiens? *Ecclesiastes 3:4*.

Quemadmodum non aduenit iustitia [per auaritiam & plura habendi cupiditatem, neque temperantia per intemperantiam: ita nec vixtus christiani ratio, lautitiis paratur & deliciis. *Clemens Alexand. lib. 2. ped. c. 1.*

Veneris cataplasma famem dicebat Crates. *Idem. libro 2. stromatum.*

Nonne sapientes patres familie de industria quedam seruis suis offerunt atque permittunt, ut experiantur aequaliter permissis vntantur, si probè, si modestè? Quanto autem laudabilior, qui abstinuerit in totum, qui timuerit etiam indulgentiam domini? Sit igitur Apostolus. *Omnia, inquit, licent, sed non omnia edificant.* quanto facilis illicita tinebitur, qui licita verebitur? *Tertullia. de cultu feminarum.* 1. Cor. 10

Quemadmodum vermes qui in puerorum intestinis germinant, pharmacis quibusdam vehementer acribus, & amaris excutiuntur: ita peccatum in intimis secessibus habitans, extinguit encatque simul atque in animam superuenerit ieiunium, ob hoc ipsum suo dignum nomine quod inedia purget animæ viscera. *Basilus homilia 1. de ieiunio.*

Vtrum ventri facilis est tenui victu transmittere noctem, an copia ciborum grauatum iacere? imo ne iacere quidem, sed crebro huc & huc verti distentum ac gementem? Nisi forte simul dicturus es illud, quod naucleri facilis seruant nauim sarcinis onusquam, quam eam que ad cursum expedita est ac leuis. Nam



## AUTHORITATES SCRIP- pturæ similibus explicatae.



ERMINET terra herbam virentē. 273 Gen. cap. I.  
Faciamus hominē ad imaginem nostrā.

Ibidem.

Crescite & multiplicamini, & replete ter-  
ram. 225

Et vedit Deus omnia quæ fecit, & erant  
valde bona. 366

2 De omni liguo quod est in Paradiso comedes. 8  
Hoc nunc os ex ossibus meis. 106

3 Videns mulier quod bona esset arbor. 8  
Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno. 569

Inimicitias ponam inter te & mulierem. 570

Supra pectus tuum gradieris. 92

Spinas & tribulos terra tibi producet. 441

Fecit dominus Adæ vestes pelliceas. 158

Eiecit dominus Adam de paradyso ut coleret terram. 8

Ne forte extendat manum suam. 155

4 Maior est iniqüitas mea quam vt vcniam merear. 437

10 Cohibui te ne tu peccares in me. 156

26 Nō inuenimus aquam, & vocavit eum iuramentū. 433

31 Fui ardens æstu per diem. 499

49 Accumbens vt leo dormiuisti. 107

1 Obscero domine non sum eloquens. 486

4 Quare peruerteris populum ab operibus. 349

15 Venerunt in Elim vbi erant duodecim fontes aqua-  
rum. 433

16 Hic est sermo quem præcepit dominus. 534

Erat ( manna ) simile grano coriandri. 540

23 Tollite malum de vobis & timoratos facite filios  
Iſraël. 10

Exod.  
cap.